



DEMISSIONE  
LEGATORVM IAPONEN  
sium ad Romanam curiam, rebusq; in  
Europa, ac toto itinere animaduersis

DIALOGVS

EX EPHEMERIDE IPSORVM LEGATORVM COL-  
LECTVS, & IN SERMONEM LATINV M VERSVS  
ab Eduardo de Sande Sacerdote Societatis  
IESV.

R. 14.230



In Macaensi portu Sinici regni in domo  
Societatis I E S V cum facultate  
Ordinarij, & Superiorum.

Anno

1590.



De varijs operibus à Philippo rege ex-  
structis, præsertim Escorialensi, & acces-  
su ad vrbē Alonem, siue Alicantū.

Colloquijū decimum nonum.

LEO.



Vita sancte, & admiranda fuerūt, quæ de Philippo rege su-  
periori colloquio prædicasti: sed adhuc plura audiend  
i auida quadam expectatione tenetur animus, nec, si  
plura commemores, fastidire vincuā poterit. MICHA-  
EL. Diuturna profecto oratione opus esset, si omnia, quæ  
in ea sede regia à nobis sunt notata, mihi essent percep-  
tenda. Cùm enim Philippus rex sit potentissimus, & a iu-  
risdictionem habeat, noua quotidie in eius sede regia conspicitur, no-  
nō variorum principum, ac dynastarum ad eum inuisendum aduen-  
tu, miraque multarum rerum varietate in unum locum comportata.  
Mei tamen munera non est omnia persicari, sed præcipuis relatis, Eu-  
ropearum rerum statum ante oculos mentium vestrarum propinquere.  
Ut ergo a narrationem redeam, postridie eius diei regis sororem, can-  
demque imperatricem inuilem, nostri officij esse duximus. Id illa præ-  
sciens misit ad nos lecticas duas curules, quibus vtitur, totidēq; suas  
ip̄e rex Philippus, quibus quatuor ad imperatricis palatum vehere-  
mūr. Qua in re manifeste perspicere licet regis, sororisque in nos amō-  
rem: cùm nullis alijs lecticis aliorum ducum, aut dynastarum, quæ in  
numeris propè sunt, nos vehi sint passi, sed proprijs, quibus vntuntur,  
nos fuerint dignati. Erat imperatrix vndique nobilissimis pueris, &  
matronis circumstipata, inter eas in primis numerabatur Leonora Mal-  
carenia nobilissima matrona Lusitana ex eadem familia, ex qua pro  
regem Indiz, quem inuisimus, esse dixi: sub cuius institutione, ac  
disciplina Philippus rex adhuc puer primam ætatem egit. Et s.u.m. eam

Dd ob



magnitudine, quam ex ipsius sacrae crucis ligno à Diuo Hieronymo, v.  
no ex ecclesiis doctoribus, excisam, & exculptam esse, memoris pro  
ditum est. Subtus verò collocatus est unus ex illis sacrae clavis, qui  
b<sup>o</sup> Christus dominus cruci affixus fuit: omnes autē circūstantes partes  
geminis, unionibusq; sunt circum ornatae. Ultimum cubiculum, quod  
vidimus, priuatum gratiarum regis est, argentea numismata sex maxi-  
mis arcis continens, quarum singulas quadringenta aureorum millis  
capere dicebatur. Ultra quas, sex etiā vidimus scrinia, auri signati ma-  
ximam summam complectentia, quæ graui alicui necessitati intacta  
reservantur. Hæc sunt, quæ mihi dicenda se obiuerunt de Philippi  
regis opibus, quarum pretium, estimationemq; vix intelligere potest,  
nisi qui eius amplissimam supellectilem oculis fuerit intuitus. Alia fue-  
runt etiam aspectu iucundissima in eadem curia regia, quæ singula,  
propter eorum multitudinem, à me cōmemorari non possunt, ne vo-  
bis longa narratio fastidium paret. Addam tamen superioribus, ibi-  
deni à nobis visas fuisse duas quædam bestias prodigisæ veluti natu-  
ræ, Elephantem videlicet, & Rhinocerotem, qui ex India in Lusitaniam,  
& inde Matritum sunt delati, & propter vastam corporis molem, in-  
usitatamq; figuram, quasi naturæ prodigia omnibus spectanda, ibidem  
seruantur. LINVS. Cùm ista à vobis commemorata audimus, non  
possunt non inuidiam quandam, atq; simulationis studium in nostris  
animis excitare, quandoquidem vos tam multarum rerum cognitione  
imbuitos in patriam reuertentes conspicimus. MICHAEL. Iстius inui-  
dæ faces vestris animis admotas quotidiæ magis inflammari videbitis,  
quoties in colloquiorū progressu plura, & admirabiliora vobis pro-  
poni intellexeritis. Matriti triginta septem dies morati sumus, tū, pro-  
pter multarum rerum spectandarum varietatem, tum etiā propter gra-  
uem, aincipitemq; Martini nostri morbum, ex quo, cùm viginti dies  
periculose laborasset, adhibita ab optimis, regisq; medicis diligētia, pa-  
trumq; Societatis, cùm quibus nobis hospitium erat, cura, tādem cō-  
ualuit, & postremo die, quo Matriti fuimus, qui fuit septimus ante  
Calendas Decembris diux Catharinæ sacer, regem dynastarum, nobis-  
sumq; frequentia stipatum, ad collegium Societatis venientem mul-  
to idemdiu<sup>s</sup> vidimus, intelleximusq;, illud à nobis magni beneficij-  
loco esse numerandum, quod rex cum regio comitatu cum locū pe-  
teret